UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Conductore Beneficiorum. Tit. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-62028

Visual Library

forma Vicariatus. num. 61. & 63. Gambar. de offic. Legati. lib. 3. num. 70. cum ſeqq. Æneas de Falcon. de reſervation. 2. parte. qu. 1. num. 2.

16 Tractari ſolet, an Epiſcopus certi tantum beneficii conferendi facultatem concedere poſſit ſuo Vicario. Si de beneficio jam vacante loquamur dubitationem habet nullam. Si verò de non vacante, dicimus non poſſe. Idque ne Concilio Lateranenſi fiat fraus. Quippe eo Beneficiorum nondum vacantium collatio prohibita tanquam votum captandæ mortis alienæ inducens. *c. nulla. de conceſſ. præb. Duar. d. loc. in fin. vide Titul. de Vicariis. Tract. noſt. de perſon. Eccleſiaſt.*

TITULUS X.

De Conductore Beneficiorum.

SUMMARIA.

1. *Conductor redituum non confert Beneficia.*
2. *Præſentat.*

1 EX eo quod titulo præcedenti diximus Beneficiorum Collationes cenſeri eſſe in fructu, quæritur: An *redituum & obventionum Epiſcopalium Conductor* conferre poſſit Beneficia. Solent enim inquit Duarenus *tract. de Benef. lib. 3. cap. 8.* (loquens de Gallis) Antiſtites noſtri temporis, novo more ac veteribus incognito, muneris ſui impetratu vacatione, Eccleſiarum ſibi creditarum reditus omnes fruendos locare aliis.

Et videtur non poſſe; cum id ne Vicario quidem Ipſi liceat, niſi ſpecialiter ſit conceſſum: *ut præced. tit. dictum.*

2 Jus tamen præſentandi habet. Quia præſentatio non eſt juriſſpiritalis, ut Collatio, ſed prophani. Et præſentare poterit, ſive ſit Conductor ad longum tempus, ſive ad modicum. *c. ex literis. de jure patron.* Quia utroque caſu eadem ſubeſt ratio; Quod nempe conductor fructus ſuos faciat.

Nec adverſatur *c. cum Bertholdus. de ſent. & re judic.* Quia ideo ibi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſibi creditor, qui rem tenet pignori, non habet præſentandi jus; quoniam tenetur reſtituere fructus omnes ex re pignorata perceptos: Nec enim, ut Conductor; eos facit ſuos. *c. cum contra. de pignor. & c. 1. de uſur. Dartis tract. de benefic. ſect.* 3. *cap.* 12.

TITULUS XI.

De Poſſeſſore Iuris conferendi.

SUMMARIA.

1. *Poſſeſſor juris conferendi confert.*
2. *Ab eo proviſus præfertur proviſo à proprietario.*
3. *An omni.*
4. *Quid ſi facta reſervatio.*
5. *Quid dicendum de malæ fidei poſſeſſore.*
6. *Quid ſi hoc caſu contulerit proprietarius.*
7. *Quando Collatio proprietarii non poſſidentis valeat.*
8. *Quid ſi ſint plures in poſſesſione præſentandi.*
9. *Eam non mutat Apoſtolica proviſio.*

QUi jus non habet conferendi, conferre poteſt, ſi in ejus ſit 1
quaſi poſſeſſione; licet non habeat proprietatem. *c. cum olim. de cauſſ. poſſeſſ. c. querelam. de elect. c. conſultationibus. de jure patronat.* Nam collatio, præſentatio, electio, pertinet ad eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione horum jurium; cum ſint, ut dictum, eorum fructus; qui ad bonæ fidei ſpectant poſſeſſorem, non ad Dominum. *l. bonæ fidei emptor. ff. de acquir. rer. dom. §. ſi quis à non domino. Inſt. de rer. diviſ. & acquir. ear. dom. Abb. Bellam. & alii. in c. gravis. de reſtit. ſpoliat. Covarr. lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 3. *num.* 6. & 7.

Unde proviſus, præſentatus, vel electus à poſſeſſore, præfertur 2
provi-